

Theodor Oeseden von Bernhard Münster von

## **Disputatio Iuridica De Furtis**

Rostochi[i]: Pedanus, [1627]

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731523423>**

Druck Freier  Zugang



Niebtähle

Th. v. Oersted (B. v. Münster)

R. U. ein. [1627]





DISPUTATIO JURIDICA.

De

# FURTIS.

Quam

D. O. M. A.

*Permissu Nobilissimi ac Amplissimi  
Ordinis Juridici in inelyta Rosa-  
rum Academia*


SUB PRÆSIDIO

DN. THEODORI ab OESEDEN  
Hensburgensis'.

*Examinandam propono*

BERNHARDUS Von Münster.  
Rostock.

*ad diem 22. Junij*



ROSTOCHI

TYPIS HÆREDVM RICHELIANORVM.

ca 1627



VIRIS.

**NOBILISSIMIS STRENUIS.**

*Multarumq; rerum experientia Praestantissimis.*

**Dn. VALENTINO Voss.** Hereditario  
in Lupelow & Bredensfeldt.

**Dn. CONRADO à Bulow.** Hereditario  
in Trems.

**Dn. JOHANNI Koffe.** Juniori, Hereditario  
in Tetzendorf.

**Dn. CARINO Pren.** Hereditario in  
Dummersdorff & Bomshoff.

*Amicis Fautoribus ac Promotoribus meis  
perpetuo Observandis*

Hanc meam disputationem.

*Honoris & amoris ergo*

D. D. D.

**BERNHARDUS von Münstern.**

**A. & R.**





## THESIS I.

**D**E prima privati dilecti specie nimirū furto. disputationem suscepturi, operæ pretium putamus eam à definitione Privati delicti auspicari. Est itaq; Privatum delictum, maleficium, quo nocetur alicui privato, & ex quo eidem civilis, forensis, privata, id est ad privatum commodum, actio jure ordinario exercenda, prodita est. *Duar. lib. 1. disp. annivers. c. 36 & 37. & ad tit. ff. de privat. delict. Bocov. part. 1. class. 4. disp. 1. th. 6. Clarif. D. Lindemannus Præceptor observandū in Exercit. Justin. disp. 8. h. 2. th. 2.*

2. Specierum illius primum non abs re & causa ob-  
tinet locum enorme & grave maleficium *Furtum*: quod dictum est à furvo id est nigro, quod clam & obscure fiat & plerumq; nocte. *l. 1. pr. h. 2. §. 2. Inst. cod. vel à fraude, vel à ferendo & auferendo, vel à Græco sermone, qui φῶγες appellant fures: imo & Græci φῶγες i. e. ferendo φῶγες dixerunt. d. l. 1. pr. & d. §. 2. Inst. d. 2.*

3. Definitor autem furtum contrectatio fraudulosa, lucrificandi gratia vel ipsius rei vel etiam usus ejus possessionisve: quod lege naturali prohibitum est admittente. *l. 1. §. ult. §. 1. Inst. h. 2.* Quæ definitio ut solidius intelligatur; singula ejus membra qua fieri potest brevitate excutiemus.

4. Dicitur Contrectatio, quia solo animo furtum non committitur. *l. 1. §. 1. l. si quis 2. §. 19. ff. h. 2. l. 3. §. 1. rem ff. de acquir. poss.* Nec fur est, qui conclave furci faciendi gratia intravit, nulla subsequuta contrectatione. *l.*

A 2

Vulga

Vulgarit. 20. §. qui furti. 7. ff. h. t. Wesenb. in par. eod. n. & quamvis in Theologia nuda cogitatione, & interiori cordis concupiscentia furtum committatur; hinc ex corde furta exire dicuntur. *Mat. b. 15 v. 19.*

5. Est vero contrectatio vel *Vera vel Quasi*. *Vera* est cum res revera intercipiendi causa auferatur §. *furtum 6. Inst. h.* vel in alium usum de quo non convenit transferatur, ut si pignore vel re deposita uratur. *l. si pignore 54. l. se u qui 73. ff. h. t.* vel rem sibi commodatam alteri commodaverit. *l. §. 6. Inst. h.* *Quasi* seu ficta contrectatio est, quando interpretatione juris res pro ablata habetur: ut si falsus Procurator se presente alij pecuniam numerandam curet. *l. 43. §. 1. cum l. seq. pr. & l. 80. §. 6. ff. h. t. l. 19. C. eod. Trentl vol. 2. disp. 30. th. 1. lit. f.* vel si quis alias fraudulenter in officio suo versetur, rebus sibi creditis. contra fidem datam male perditis, ut tutor & curator. *l. 33. ff. h. nuncius pecuniam suæ fidei datam, etiam nudè numeratam, consumens l. 7. C. eod. licet Bart. Jas. & alij in l. ejus qui d. quas vero. ff. si cert. per. aliter sentiant, ac inter pecuniam sacculo obsegnatam, & nullo marsupio conclusam distinguant: quorum argumentum à *Petr. Costal. ad l. 31. ff. locat. dissolvitur.**

6. Hisce tamè statutariam furti poenam, capitalem nimirum, irrogari non posse, ut mitiorem sententiam pleriq; adprobant. *Wesenb. in par. h. t. n. 11.* qui in ejusmodi casibus decretâ fuisse poenâ iustigationis, se meminisse ait.

7. Hinc & is furtum facere dicitur qui fures & res furtivas scienter recipit ac celat §. 4. *Inst. h. t. l. 14. C. eod. eadè quoq; poenâ, qua ipse fur, plectendus est. d. l. 14. C. h. t. & l. 1. n. C. de crim. pec. l. 9. C. a. l. Jul. de vi publ. & priv. l. 3. C. de his qui lit. l. 1. ff. de receptat. Idem & de jure Saxonico provisum l. 2. art. 25. *Wer Diebe hauet oder einen mit Hülffe darzu**

*Berckee;*

Perdet) wird er dessen überwunden/ man sol vber ihm richten als  
vber jenem Schneidw. ad §. Interdum n. 4. & §. fin. h. t. n. 7.

8. Sed Utrum rem furtivam in alienis ædibus invitis  
dominis quærere liceat, hic à Dd. controversi solet? quod  
regulariter hodie negamus. l. 23. ff. de injur. cum grave  
sit & periculosum patrimonij secreta pandere, sicq; invi-  
diæ fores aperire. l. 2. in pr. vers. quid enim tam darum C.  
quando & quibus quart. pars. Si tamē urgentia indicia aliqua  
contra eum apud quem suspicor rem mihi subtractam ef-  
se, appareant, aditus iudex in alienis ædibus perquisitio-  
nem mihi concedere potest. Schneidw. & Borch. ad §. et  
Inst. h. t. Imo ubi publica versatur utilitas, etiam nullis ex-  
tantibus indicijs in alieno perquirendi facultas ab Impo.  
concessa est. l. quosdam C. de metall. l. omnis in fin. C. de a-  
qua duct.

9. Quin autem res furtiva inventa domino potius  
sit restituenda, quam fisco applicanda, non dubitamus. l.  
captivus 20. ff. de captiv. & postlim revers. fisco enim cum  
alterius jactura qui nihil commisit locupletari non debet.  
l. 22 C. de pen. l. 14. ff. de condict. indeb. Ord. Crim. Carol.  
V. artic. 208. Schneidw. ad §. fin. Inst. h. n. 8. Harpr. in cr.  
crim. ad §. furtorum & seq. h. n. 17. & seqq. De jure Sax.  
rem furtivam domino petenti intra annum & diem iudex  
restituere tenetur, anno vero & die elapso retinere potest.  
per text. express. in art. 37 lib. 2. Landtr.

10. Furtum deniq; & is facere intelligitur, qui o-  
pem & consilium ad furtum faciendum præstat. l. 23 qui  
43. l. qui servo 36. §. 1. & seq. ff. de furt. §. Interdum Inst. e-  
ad. Coniunctimne vero an disiunctim illa verba *opem &*  
*consilium* accipienda sicut inter Dd. non convenit? Nos  
pedibus nostris in illorum sententiam imus, qui disiunctim  
sumenda arbitrantur, hac adhibita distinctione: Utrū nudū

A 3

consil.



consilium, sequutum furtum fuerit vel non: priori casu for-  
ti actione non competere arbitramur: posteriori casu non.  
item *l. 36. in pr. § 19. l. 62. ff. de furt. Borch. & Giph.*  
*ad. d. §. Interdum Wesenb. in par. c. 1.* Quia tamen res  
mali est exempli, cum non omnino poena eximendum,  
sed vel carcere, vel alio modo aliquandiu puniendum esse  
Wesenb. *in par. h. t. n. ii.* iudicat. *d. l. si quis*  
*§ 2. § 19. & d. l. 36. ff. h. t. l. sepe § 3. ubi G. add. de V. S.*  
*num. 17. & seqq. §. Interdum Inst. eod. & Wesenb. in par. c. 1.*  
An vero poena eadem praesertim hodie cum principali, o-  
pem consiliumve ferens teneatur hic placet quaerere?   
quod Wesenb. *in par. c. 1. & ad §. 10. Inst. h.* negat cui  
& Jus Saxon. adstipulatur. Das die jenigen sollen mit  
Staupschlegen/ des Landes verwiesen werden/ *lib. 3. art. 13.*  
Landtr.

11. Nec sufficit ad furtum faciendum nuda contre-  
ctatio, sed oportet eam esse fraudulentam, quâ dominus  
invitus re sua exuatur, quia furtum sine affectu furandi  
non committitur. § *placuit. 7. Inst. h.* uti elegans exem-  
plum extat *in l. si quis uxori § 2. §. 20.* nec longe dissimile  
*in d. l. Vulgaris § 3. ff. eod.* Unde in propatulo est; furio-  
sum, infantem, impuberem nisi pubertati proximus & sic  
doli capax sit, rem alienam amovendo furtum non com-  
mittere. § *in summa 18. Inst. & l. 23. ff. h. t. l. 11. ff. de*  
*R. J.*

12. Uti neq; eum qui se voluntate domini rem at-  
tingere putat. § *7. Inst. & l. 40. § 7. ff. h. t.* vel contra,  
se invito domino rem ejus contrectare existimet, domino  
a. volente id fiat. *l. 46. § 8. l. 48. § 2. ff. & § 7. & 8. Inst.*  
*h. t.* Magis enim inspicitur quod in veritate est,  
quam quod in opinione *l. 2. §. 15. ff. pro tempe. &*  
*in re ambigua benignior interpretatio accipienda. l. in*  
*ambiguâ*

*ambigui ff. de R. 7. Schneidw. & Borch. ad d. §. Inst. h. t. Diss. Alciat. lib. 1. disp. c. 10. vid. Vult. ad §. 1. h. t. n. 32.*

13. Additur in definitione. *Lucrifaciendi gratia.* Quod si enim alio quam lucrifaciendi animo quis rem alienam contrectet furtum non committit. ut qui libidinis causa alienam ancillam eelat. *l. verum 39. ff. de furt. aut qui injuriæ inferendæ vel damni dandi causa alienam rem distrahit. ex voluntate enim & proposito delinquentis maleficia distinguuntur l. 53. in pr. ff. h. t.*

14. Subjungitur, *ipsius rei*; scilicet alienæ, §. 6. *Inst. h. t.* nam rei propriæ non fit furtum, nisi quoad usum vel possessionem, uti si quis rem suam creditori oppignoratam auferat. §. 10. *Inst. h. t. l. 19. §. 5. & 6. ff. eod.*

15. Ut autem rei alienæ furtum fieri dicatur, requiritur eam esse. (1) mobilem. immobilia siquidem auferri aut occultari ad defraudandum dominum non possunt. licet veteres, quorum sententia abolita, aliter existimarent *l. 25. ff. h. t. §. quod autem Inst. de Usucap.* (2) Corporalē, nam incorporalia nec tangi nec contrectari possunt. *l. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.*

16. Nihil vero interest, res sit animata, vel animal careat. nam etiam brutorum animantium, puta bovom, equorum, gallinarum, anserum pavonum mansuetorum, piscium ex piscina, &c. furtum fieri extra dubitationis aleam positum est. *l. qui jumenta 40. l. si pavonem 37. ff. h. t. l. 1. §. abigei autem ff. de abig. §. gallinarum Inst. de rer. Peinlich Halsgerichts Ordnung Caroli. V. art. 109.*

17. Quin imo etiam hominis furtum fit illi in cujus potestate est veluti servi, *l. qui vas 48. §. ancilla h. l. si quis uxorē 52. §. 28. l. ancilla 60. ff. de furt. itemq; liberi hominis.*

puta filij familias §. *Interdum Inst. h. t.* sic ut patri contra  
forem furti actio ad duplum vel quadruplum competat.  
*l. cum qui 14. §. 13. ff. h. t.* Et quidem furtum hoc impro-  
bissimum est, & speciali nomine Plagium dicitur, leve-  
riusq; publico *l. Flavia de plag. rñ. iudicio coërcetur l. 7.*  
*de ven. §. 2. ff. ad L. Flav. de plag. l. fin. C. eod. C. Lariss. D.*  
*Lindem. disp. 8. tit. 25. & 26. h. t.*

18. Nec refert, res illa quæ auferatur sit magna  
vel minima. §. *gallinarum Inst. de R. D.* furtum enim  
non ex rei subtracta quantitate, sed ex animo surripien-  
tis a stimatur. *l. 37. ff. de Usucap.* Itaq; & pro minimam  
civiliter furti agi potest. *l. 37. de furt.*

19. Quare, licet in Camera propter rem minimam  
actio furti institui non possit, & ideo cum ad duos num-  
mos furti ageretur, aliquando actionem cum summa in-  
dignatione rejectam fuisse *Schneidw. ad d. §. Gallinarum.*  
*n. 1.* referat: hinc tamen non recte inferitur in lubalernis  
Curijs lites pauperum non esse audiendas, quibus unus  
nummus pretiosior est quam divitibus centum, ut recte  
*Welenb. ait* & iustitiæ forum non tantum Cræso sed etiam  
Iropateat. *Casu in Sphæra Civitatu. lib. 4. c. 16.*

20. Earum autem rerum quæ nullus sunt furtum  
fieri nequit, furtum siquidem non fit nisi sit cui fiat. *l. 43.*  
*§. 5. ff. h. t.* Ut puta feratum animantium *l. 5. apes 26. ff.*  
*h. t.* rerum hereditariarum. *l. hereditaria rei 68. cum duab.*  
*l. seqq. ff. de furt.* Itemq; pro derelicto habitatum §. 47.  
*Inst. de R. D. d. l. 43. §. 5. ff. h. t.* etiam si ex nave animo  
dereliquendi ejectarum, quod plerumq; credendum est  
cum eiciens sciat res illas perituras. *d. l. 45. §. 11. d. t.*

21. Ast quid dicemus de illa quæstione quæ hic non  
inconvenienter à Dd. agitari solet; Utrum inventor re-  
rum fortuito amissarum furti teneatur? Eum teneri si lu-  
crandi

Grandi animo eas retineat ac celet, probabilius videtur.  
*d. l. 43. §. 4. ff. h. t.* sive sciat cujus sint, sive ignoret. *d. §. 4. l. 43. ff. h. t.* Idem dicendum de ijs rebus quæ factò naufragio alicubi dispersæ sicut, vel ex nave ejus levandæ & periculi effugiendi gratia ejectæ sunt hoc animo ut si salvæ fuerint recipiantur. *d. l. 43. §. 11. ff. eod. §. ult. Inst. de R. D.* Merito itaq; consuetudo illa, naufragorum naves & bona domino loci seu lictoris addicens, nisi piratica aut hostilia fuerint, improbanda. *Auth. Navigia. C. h. t.*

22. Quod si vero repertor à furti suspicione & obligatione se liberare velit, jure communi libellum continentem se invenisse & redditurum ei, qui desideraverit & ostenderit rem esse suam, publice proponere debet. *d. l. 43. §. 8. ff. h. t.* quo casu domino non comparente impune sibi retinere posse si pauper sit, sin dives pauperibus distribuendam esse, communi Dd. calculo receptum est. *Wesemb. in par. h. t. n. 10.* Ex sententiâ tanè D. Hieronymi, Ecclesiæ vel pauperibus regulariter ea tribui debet. *C. Nemo qui rapit. l. 4. q. 5.*

23. Hic quærat forsan aliquis, utrum inventor invenitæ, hoc est, inventionis ac custodiæ præmium, Germani quod vocant *barge Geldt*, honestè petere possit? Nos accipi non probe peri posse statuimus *d. l. 43. §. 9. ff. h. t.*

24. Non autem rei ipsius tantum fit furtum sed & ejusq; interceptæ ac præceptæ utilitatis & juris, veluti usus, ut si depositarius re deposita, creditor pignore, factor & fullo vestibus usus fuerit, commodatarius rem commodatam contra legem conventionis in alios usus converterit. *§. 6. Inst. h. t. l. 1. §. 8. ff. Commodat. l. 29. in pr. de positi l. 3. C. eod. l. 54. l. 76. l. 82. ff. de furt. vel possessionis, si quis alterius possessionem per se à re ipsa separatam,*

B

ratam,

ratam. intervertat, ut si colonus suo nomine possidere vel  
fundum conductum in alium transferre velit. *Sabinus a-*  
*pud. Gellium l. 11. cap. ult.* vel si debitor rem creditori pi-  
gnori datam abstulerit. *l. fin. ff. de Usucap. §. 14. Inst. h. e.*  
Si vero possessio quatenus rei inest auferatur, tum non  
tam dicitur, usus seu possessio surripit, sed ipsa res, quia  
hac principaliter est, cui usus & possessio inest.

25. Nec refragatur, quod usus & possessio sint res  
incorporales, quarum furtum fieri supra negavimus, nam  
usus quidem & possessionis proprie furtum non fit, quia  
tamen rerum incorporalium ea natura est, ut rebus cor-  
poralibus insint, & inhæreant, tanquam subjecto, ipsis  
sublatis, hæ quoq; auferri videantur, earundem recte fur-  
tum fieri dicitur. *l. 1. §. Scævola ff. si quis testam. liber. Cla-*  
*rif. D. Lindam. in Exercitat. h. v. th. 9.*

26. Adæctitur tandem hoc delictum prohibitum,  
esse lege naturali: quod ipsum Pomponius confirmat,  
natura, inquit, æquum est neminem cum alterius jactu-  
ra fieri locupletiolem *l. 14. ff. de cond. indeb.* & jure gen-  
tium dominia rerum sunt distincta & agris termini positi  
*l. ex hoc jure s. ff. de J. & J.*

27. Non itaq; probamus opinionem *Alciati. ad l.*  
*12. ff. de U. S.* calculum suum addentis Theodoro, Ari-  
stippi discipulo, existimanti. adulterium furtum & quod  
scelestissimum furti genus est; sacrilegium, non natura  
turpia esse sed opinione vulgi; *ut ex Diogene Laërte. re-*  
*fert. Scip. Gentil. p. 100. p. 21.*

28. Quamvis enim, Ægyptij, Lacedæmones & ve-  
teres Germani, forta non tantum impunita reliquerint, ve-  
sum etiam laudibus eos exornarint qui caute astute, clam  
& in.

& infcientibus alijs, aliquid surripere potuissent: & sic ab universali natura ratione haud parum deflexerint: naturalis tamen turpitude furti neququam cessare potuit aut jam potest. Ea enim quæ naturalia sunt, ex voluntate & usu hominum non dependent neq; tolli aut everri possunt. *Vigl. in §. sed prædicta. n. 9. de testam. ordin.* Sic apud Persas à matrum concubitu non abstinere jus erat; non igitur natura probrum est? absit hoc dicere. *Vult. ad §. 1. Inst. h. t. n. 3.*

29. Rectius itaq; gentes humaniores, ut Hebræi, Athenienses, Romani, furta graviter puniendâ censuerunt. Imo pleraq; barbaræ vehementissime ea detestata sunt. Apud Scythas enim, pecora armenta sine testimonio habentes nullum furto gravius scelus habitum fuisse *Historiarum scriptor Justinus lib. 2. n. 2* testis est. Indi vero à furtis veluti contrarijs, juri, divino, & humano, abstinentes, legem habuerunt, ut si quis vestigal solummodo furatus esset capite plecteretur. *Vult. d. loc.*

30. Furtorum porro genera duo sunt, Manifestum & nec manifestum *§. 3. Inst. & l. 2. ff. h. t.* quæ distinctio ideo notanda, quod alia atq; alia pœna furto, ob ejus accidens proposita sit, ut infra declarabitur.

31. Ac licet quidam sint, qui hanc divisionem hodie non esse utilem, arbitrentur, quia tamen nullibi invenitur sublata, sed potius aperte in constitutione Carolina approbata ad pœnam leniendam vel exasperandam, ut videre licet *ex art. 157. vers. Ehe er damit in seine gewahrsam kommt & artic. seq.* ubi claris verbis distinguitur offenselich er vnd heimlicher Diebstahl etiam hodie illam non carere sua utilitate verius est. *Trentl. vol. 2. disp. 30. th. 1. in fin.*

32. Manifestum furtum est, cum fur antequam ad locum destinatum se receperit, cum re furtiva, ab ipso domino vel ab alio, in publico vel privato loco, deprehenditur. Nec manifestum furtum quid sit ex definitione furti manifesti, facile est colligere. Quod enim manifestum non est, id nec manifestum est. *l. 3. §. fin. ff. de 3. §. 3. Inst. h. t.*

33. Si autem locus iste vel forte remotior vel incertus sit, sufficit, si ante, quam eo ventum est, quo illo die cum re furtiva manere cogitaret, deprehendatur. *l. 4. ff. eod.*

34. Deprehensum accipimus & eum, qui tantummodo visus est cum re furtiva, & cum quis ad comprehendendum accurrit, vel ei saltem cum testificatione acclamavit, licet revera manibus non sit apprehensus & captus *l. 7. §. sed Celsus ff. de 3. vers. imo ulierim. Inst. h. t.*

35. Utrumq; hoc furtum varie ex adjunctis & subiectis distinguitur: in oblatum & conceptum, diurnum & nocturnum, domesticum & non domesticum, qui quomodo definiantur, ex varijs Juris textibus videre licet.

36. Illud notandum, furem nocturnum, cum clamoris testificatione impune licitum occidere, modo quia ei sine periculo vitæ parcere non possit. *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. ff. ad L. Corn. de sicar.* Si enim ipsi parcere eumq; apprehendere quis potuit, maluit tamen occidere; magis est ut injuria occidisse videatur. Ergo & lege Cornelia de siccaris tenebitur. *l. 5. in pr. ff. ad L. Aquil.* Furem vero diurnum, non aliter interficere concessum est, quam si se telo defendat. *d. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* propter rem tamen minimam, ut lucernam surreptam neminem interficere licet, etiamsi se telo defendat. *argument. l. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. Jac. Cramer. disp. 20. tit. 2.*

37. Hæc

37. Hæc de natura furti sufficient, restat ut effectus quoq; ejus paulolum attingamus; qui consistunt in obligationibus, actionibus, & pœnis.

38. Obligatio furti est juris vinculum, quo fur astringitur necessitate solvendi id, quod ob furtum suum debet. *pr. Inst. de oblig.* Cujus nomine comparatae sunt actiones vel rei persecutoria, vel pœnales, §. 16. *Inst. de act.* Ad illas pertinent actio ad exhibendum, rei vindicatio & condictio furtiva: ad hanc actio furti. §. *fin. Inst. h. t.* l. 7. §. 1. *ff. de condict. furt.*

39. Actio ad exhibendum & rei vindicatio dantur soli domino hereditibusve ejus, easq; stringere possunt, non modo contra ipsum furem, sed & quemvis, etiam bonæ fidei possessorem rei furtivæ, etiamsi magistratus fuerit, cui ea res tradita fuit. d. §. *fin. Inst. h. t.* *Buc. part. 1. class. 4. disp. 1. th. 86.*

40. Unde falso mereri nomen Juris regulæ, statimus, quod vulgo dicitur, Hand sol Hand wahren/ cum omnis juris fundamento careat, uti expresse probatur per l. in civilem, 2. C. de furt. l. 3. in pr. l. 23. C. de rei vindic. Concordat. Constitutio Criminalis Caroli V. artic. 23. & seqq. ut & jus Lubecense, lib. 4. tit. 1. artic. 6. Cujus verba hæc sunt. *Findet jemand sein Gut/ das ihm gestolen oder geraubet/ bey einem andern/ welchem es verlaufft verseht/ oder zu trewen Händen gegeben worden/ solch Gut sol dem Gerichte gebracht werden/ derjenige aber bey welchem das Gut gefunden/ muß seines Geldes vnd obgemeltes Gut entberren/ 27.*

41. Condictio furtiva duplex est, certi & incerti. Illa datur, soli domino, cui furtum factum est. l. 1. *ff. de condict. furt.* hæc soli possessori, veluti creditorj cui pignus furto ablatum est l. 12. §. ult. *ff. d. t.* & l. si pignore 22. *ff. de pignor. act. Liemq; commedatario l. ult. §. sed cum in C. de furt.*



*furti*. cui id quod ratione furto rei substractæ accipit. rō-  
tum cedit, utpote cum ei omnis utilitas ex re furtiva vel  
occasione ejus promanans, concessa videatur, *d. l. ult. C.*  
*de furt.* ut & bona fidei possessori. *l. 2. ff. de condiç. tritic.*  
*l. 25 ff. b. t.*

42. Utraq; isthæc conditio conceditur adversus  
furem heredemve ejus *l. 5. l. 10. l. 16. ff. de condiç. furt.*  
non in id tantum quod ad eum pervenit, sed etiam in so-  
lidum: si solus heres sit, pro parte hereditaria si plures  
sint heredes. *l. 7. §. fin. l. 9. ff. d. t. l. in honorarijs 35. ff. de*  
*obl. & act.*

43. Cæterum si semel actum sit condicione fur-  
tiva, qua recepit actor rem furtivam aut ejus aestimatio-  
nem, absolvendus est Reus à rei vindicatione, nisi petitor  
paratus sit restituere aestimationem acceptam, & rem ip-  
sam petere malit: quo casu audiendus erit & si res ipsa  
furtiva non restituatur, quantum in licem actor juraverit,  
damnandus est ei possessor. *l. 9. §. 1. ff. de furt.*

44. In aestimatione autem rei furtivæ amplius non  
existentis, spectatur tempus, quo ea res unquam plurimi  
fuit. *l. 8. §. 1. ff. de condiç. furt.*

45. Actio furti Pœnalis datur non tantum domi-  
no, sed cuivis cujus interest, rem eam sibi surreptam non  
esse *l. 10. 11. 14. §. 14. in fin. ff. b. t.*

46. Interesse autem ejus intelligitur, qui damnum  
inde passurus fuit, non etiam ejus, qui furto non facto lu-  
crum tenturus erat. *l. 71. §. 1. ff. b. t.*

47. Illudq; interesse oportet ex justa & honesta  
esse causa, nam si dolo quis suo causam furto dederit, is  
ex proprio dolo actionem furti non habebit, ut si deposti-  
tarius vel commodatarius dolo malo fecerint, rem depo-  
sitam aut commodatam auferri. *l. 14. §. 3. & 8. ff. b. t.*

48. Hinc

48. Hinc nec fur actionem furti regulariter habet, nisi in specialibus quibusdam casibus. cuiusmodi species est in l. 12. §. 2. ff. de furt. Cum creditori debitor surripuit pignus, tum creditori competit furti actio in debitorem, & si eadem res surripiatur debitori, agit debitor furti actione contra alterum, furem: & sic fur etiam furti agit, ut res ipsa evincat. veram esse lectionem & interpretationem Curarij tollentis negationem in d. l. 12. §. 2. videatur quog. l. 48. §. 4. ff. eod.

49. Præterea ut furti agi queat, interesse oportet ratione juris realis, puta proprietatis, possessionis, pignoris, usus intercepti: rei siquidem solum promissæ, aut debitæ, nulla habebitur ratio, unde si res debitori furto fuerit subtracta quam creditori ex stipulatu debet, creditor furti agere non poterit, l. 1. §. 1. ff. de furt. h. t.

50. Datur actio furti adversus illum qui furtum commisit: etiam contra pupillum pubertati proximum, cum hic intelligat se delinquere §. 18. Inst. l. 23. §. 24. ff. h. t. l. 1. ff. de R. J. Constitutio Caroli V. art. 18. & pro qualitate personæ, & furti quantitate alijsq; circumstantijs, juxta consilium Jurisconsultorum pecuniaria vel corporali pœna affici potest. d. constit. Caroli V. art. 164. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 60. n. 3. Boc. part. 1. class. 4. disp. 1. th. 98.

51. Et non solum contra furem dominus furti agere poterit qui rem ipsi abstulit, sed & illum, qui furti rem furtivam rursus surripuit, ita ut si cum altero actionem furti inchoet, adversus alterum nihilominus duret, l. 76. §. 1. ff. h. t.

52. Quamvis vero actio furti tam manifesti quam nec manifesti perpetua sit §. for. i. quæq; Inst. de perpet. & temp. act. Contra furti heredes ta-

tamen non extenditur, certissima enim est juris regula,  
ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non dari §.  
non autem omnes Inst. d. t. l. sicuti pœna 38. l. pupillum 111. §.  
d. ff. de R. J. Exceptio est, nisi fur hie contestata mortuus  
sit d. §. non autem Inst. l. 58. ff. de O. & A. l. 139. l. 104. ff.  
de R. J.

53. In domestico equidem furto, veluti si filius fam  
patri, servus domino, uxor marito furum fecerit, cessat  
furti actio l. 16. & seq. l. 52. §. 1 ff. de furt. licet pater u-  
tili actione filium suum convenire possit, si hic castrense,  
quasi castrense aut adventitium peculium habeat l. si quis  
uxori 52. § sed si filius ff. h. t. ac vice versa pater filiolam  
tenetur castrense peculium habenti; d. l. 52. §. 6. ff. eod.  
maritus vero actionem rerum amotarum, in id duntaxat,  
ut res restituatur, habet etiam si ea ad conjugem non per-  
venerit, d. l. 52. §. ipsa & 108. tit. ff. rer. amot. & l. 19.  
d. t.

54. Quod tamen non est extendendum etiam ad  
eas personas quarum ope & consilio domesticum furum  
factum est; sed hæc recte furti, obstringuntur §. 12. Inst. h.  
t. l. 36. §. 1. l. 52 § 1. & 19 ff. eod. Nam quæ ratio in perso-  
nis domesticis militat, in his quarum ope & consilio fur-  
tum factum est, locum non habet. Et ita licet accessio-  
nes in plus, quam principales, obligari nequeant, quia ta-  
men hoc in casu principalis & accessorij diversa est ratio,  
propter personarum differentias merito quoq; diversa est  
dispositio. Harpr. ad d. §. 12. Inst. h. t.

55. Porro quod de servis dictum est, id de nostri  
temporis servis, ancillis, ministris, famulis & officialibus  
utpote liberis hominibus, non est dicendum; ac proinde  
furti actio sive accusatio adversus eos omnino competet;  
nisi viliora aut leviora turba fuerint, l. perspicuum 11. §.  
ff. de pœn. Harpr. ad dict §. 12. n. 10. 65. Pœ-

56. Poena furtorum, secundum varias gentes, variaq; tempora varia fuerunt. Draco Atheniensium legislator, adeo severus furtorum vindex fuit, ut bubulum stercus vel olusculum, furantes legibus suis morti adjudicaret. *Aulus Gellius lib. 11. cap. ult.* Hodie etiam apud Tartaros & Mulcovitas levissima furta morte puniri testatur *Bodin. lib. 6. c. 6. de rep.* Apud Indos, qui sunt ad occasum, teste eodem *Bodino* fures verubus transfigimos fuit. Locrensisibus oculorum privatione puniti sunt: Longobardi ob frequentiam hujus delicti à poena pecuniaria ad abscissionem membri discesserunt. & c. *Oldendorp class. 7. act. 3. pag. 887. Just. Meyer. colleg. ffiorum in tit. de furt. tit. 22.* Quod genus poenæ Imp. Justinianus in *Novell. 134. cap. 13. § fin.* plane rejecit.

57. Apud Romanos posterioribus seculis, furti nec manifesti dupli, manifesti vero quadrupli, poena erat, §. *poena s. Inst. h. t. §. ex maleficijs 18. §. in duplum 23. §. quadrupli & §. seq. Inst. de act.*

58. Illa civilis est. *pr. Inst. de perp. & temp. act. l. si pignore s. 2. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* quam Decemviri à solone Græcorum legislatore mutuantes, in duodecim tabulas redegerunt ac simpliciter & indistincte retinuerunt. *Wesensb. in par. h. t. n. 14.*

59. Hæc Prætoria *d. pr. Inst. de perp. & temp. act. §. sunt autem Inst. de noxal. act.* lege enim 12. tabb. fur manifestus duriore, quam poena quadrupli afficiebatur; quippe liber virgis caesus ei, cui furtum fecisset addicebatur. Servus vero verberibus cruciatus ultimo supplicio afficiebatur. *Hottom. ad §. 5. Inst. h. t. Gellius lib. 11. c. 18. Wesensb. ad d. §. 5. Inst. lit. c.* cujus rei vestigia etiam num extare creduntur. *in l. pen. ff. de condiç. caus. d. r. l. 56 § 1. ff. de furt.* Hanc itaq; acerbitatem 11. 12. tabb. Prætor po-

C

stæ

ista mitigavit, ut manifestus fur ad quadrupli in conveniretur. *d. pr. de perp. & temp. act.*

60. Non tamen illa poena semper eadem & firma permanfit, sed jure fficorum, extraordinaria furibus irrogari potuit. *l. fin. ff. h. t. ad mortem vero nusquam extenta legitur. Diss. Gotofred. ad l. pen. ult. ff. d. Condit. caus. dat. caus. non ser.*

61. Quin autem praedicta poena dupli & quadrupli originem ex jure divino, ex II. nimirum Mosaicis duxerit, nullum est dubium, in quibus, qui furatus boves vel oves vendidisset quinq; boves pro uno restituebat, & quatuor oves pro uno. Si rem surreptam habuisset, duplum reddere cogebatur. *Exod. 22.* postea haec poena adaugeta ad septuplum *Proverb. 6.* & furti damnatus si non solvendo erat, vendebatur. *Exod. 22. vers. 4.* Quam poenam legis Mosaicae, nec in veteri nec in novo testamento capitalem factam putamus; licet nonnulli Davidis tempore eam ad mortem exasperatam fuisse, ex Parabola Nathanis Prophetae de ove surrepta autument.

62. Hic sciendum quid dupletur vel quadrupletur, & dicimus in actione furti ipsum verum rei pretium duplari aut quadruplari non omne id quod interest. *l. in furti actione 50. ff. h. t.*

63. Creditori autem cum non debitor furtum fecit pignoris, competit actio furti, non creditorens seu in summam debiti, sed in summam pignoris, ideoq; in solidum agere potest, licet debitum minus sit aestimatione pignoris, ut id quod debitum excedit, pignoratitia actione debitori praestet. *l. 15. ff. h. t.* quod si debitor ipse creditori pignus subtraxerit, pro summa debiti & usurarum ei datur actio. *l. creditori 87. d. t.*

64. Sed et si tabulae seu cautiones sint surreptae, non modo

modo in pretium ipsarum tabularum, verum etiam in ad-  
scriptam summam fur tenebitur, ut ea dupletur aut qua-  
drupletur summæ enim ratione interest ejus cui furtum  
factum, si scilicet debitum aliunde probari non possit. *quæ  
tabulas 27. l. 82. §. ult. ff. de fure.* si enim adsint alia probatio-  
nes solutæ pecuniæ, nihil videtur interesse. *d. l. 27. §. 2. h. t.*

65. Cur vero fures manifesti durius, nec manifesti  
mitius puniti fuerint, non una sed variæ à Dd. circumfe-  
runtur rationes, quarum illam quam *Cujacius 19. observ. 2.*  
profert, ut scilicet plus consequatur qui fuit vigilantior,  
vix possumus approbare: hic siquidem non de premio agi-  
tur ob diligentiam domino decernendo: sed de infligenda  
delinquenti pœna, quâ ex gravitate delicti aestimari decet.

66. Nos nisi fallimur, hanc potius esse arbitramur,  
quod propter malum exemplum & scandalum graviora  
judicentur delicta, quæ aperte fiunt, quam quæ secreto. *l.  
2. §. 24. ff. de vi bon. rapt.* Qui enim palam furantur, ma-  
jorem præ se ferre imprudentiâ, nec violentiæ inferendæ  
suspicionem carere cententur. *Wesemb. in par. h. t. n. 14.* quod  
non est in ijs qui clam quid surripiunt, quorum dolum &  
fraudem pro solertia ad virtutem referendam multi, licet  
male, existimaverunt.

67. Germani sane, licet antiquitus furta plane im-  
punita reliquerint, iisdem tamen postmodum nimis inva-  
lescentibus, & crescentibus, corporalem pœnam & ul-  
timum supplicium in fures constituerunt.

68. Quippe ex constitutione Friderici Imp. *lib. 2.  
c. 27. §. 9. de pac. tenent.* Is qui 5. solidos aut plus furatus est,  
laqueo suspendendus est, si minus scopis & forcipe excori-  
endus ac tundendus, Quod tamen de furtis simplicibus nõ  
est intelligendum, sed de publicam pacem simul violanti-  
bus, uti ipsa constitutio ac rubrica inquit. Itaq; punit fures  
non tam quatenus sunt fures quam quatenus pacis pertur-  
batores *Trevel. vol. 2. disp. 30. tit. 3. lit. g. Boreb. in tract. de pacif.  
in secunda pactur. divis. n. 14. pag. 52.*

69. Unde quaesitum est quid solidus sit in illa constitutione? *Wesemb. in paratit. d. Furtu n. 15. & aliq solidum ibi pro Ungarico accipiunt.* Jean. Borchold in *tract. de Pat. c. 2. in 2. de pacior. divis. n. 14.* pro asse sive grosso milnico accipit, cujus sententia & nobis probabilior videtur per *d. Tit. 27. §. si quis rusticus 2. Feud. vid. Arumam Exercitat. 17. Qu. est. 7.*

70. Etsi vero superior Friderici constitutio tantum loquatur (uti dictum) de furibus qui publicam pacem turbant, Carolus V. tamen in *Constitut. Crimin. art. 157. & seqq.* poenam illam in furtis saepius iteratis vel cum effractione conjunctis confirmavit. pro uno autem simplici furto licet magno, dicta poena non est imponenda. *vid. Harpr. in tractat. Crim. Tit. 1. h.*

71. Dicta enim Constitutio Carolina, si hujusmodi furtum primum sit, & minus 5. solidis, cum fur ante omnia furtivam rem si penes se habeat, restituere furtum passo condemnatur: & si tantum in aere habeat, duplo rei ablatae punitur; quam poenam si ob inopiam solvere non possit, carcere ad aliquod tempus inclusus tenetur: ita tamen ut ad minimum etiam laeso restituat simplum, juratoque caveat, nullo unquam se tempore hanc poenam ulturum. Quin tamen hodie sine captura sive deductione in carcerem actor possit furti poenam civilem exigere si velit, non esse dubitandum, cum id lex nova non prohibeat, Mejerus in *Colleg. ffitorum h. r. th. 23.* asserit.

72. Si autem manifestus sit fur & prima jam vice furtum admiserit, majus tamen 5. solidis sed absq; fractione aut alcensione, ex Carolina constitutione, poena ejus est in famosa columna publicatio, item castigatio & relegatio, cum juratoria de non offendendo in perpetuum affirmatione. Quod si vero fur honesto loco natus, ac

de

de eo spes sic corrigendi mores, & vitæ melioris, Judex e-  
um ad magistratum relatione facta, civiliter in quadru-  
plum condemnare potest: & si ob egestatem pecuniariam  
pœnam præstare nequeat, carceri cum aliquandiu man-  
cipet, & cum ex eo emittitur, juratoriam de non offen-  
dendo cautionem ab eo exigit. *d. Const. Car. V. art. 138.  
Boc. part. 1. clas. 4. disp. 1. th. 90. Mejerus in colleg. ff. orum. d. l.*

73. Sin ad furtum committendum ferramentis  
fur fores areamve effregerit, aut in ædes scalis adhibitis,  
vel alia quavis ratione adscenderit, aut cum telo furandi  
animo domum alterius sic ingressus, propter vim à tali fu-  
re metuendam, viro in furca suspensio, halitus laqueo  
impediti; fœmina submersione in aquam puniri, aut pro  
conditione personæ & arbitrio judicis extra ordinaria,  
pœna coerceri debet: puta gladio, vel oculorum evul-  
sione, vel manus unius amputatione, vel aliter, sive inter-  
ditu sive noctu illud furtum factum; sive prius, sive alte-  
rum, sive item exiguum sive magnum sic furtum. *art. 159.  
Boc. d. l.*

74. Secunda vice si quis furatus fuerit absq; ferra-  
mentis tamen scalis & armis, sive manifestum sive nec ma-  
nifestum, utrumq; autem furtum 5. solidorum æstimari-  
onem non excedat, tunc fur ille in famosa columna spe-  
ctandus poni & ex provincia illa relegari, vel etiam ter-  
ritorij, in quo deliquit finibus in perpetuum egressus, pro-  
hiberi potest. Sin duo illa furta sint 5. florenorum, aut  
majora, prudentum consilio ex eadem constitutione sta-  
tur. *art. 161.*

75. Qui tria admisit furta, latroni æqui paratur, &  
pro tot admissis, si vic sic laqueo, in furca vitam finire  
cogitur, si fœmina immersione in aquam, aut alio suppli-  
cij genere, quod in quaq; provincia frequentius est, suffo-  
catur. *d. Const. Caroli V. art. 162.*

C 1

76. Quæ



76. Quæ poena locum habet etiam si pro uno vel duobus furtis, fur poenam sustinuerit; idemq; dicendum si per gratiam ac indulgentiam principis ei pro duobus furtis poena sit remissa; illa enim priora non tam ad puniendum, quam ad ultimum aggravandum faciunt. *Jul. Clar. lib. 5. senten. §. furtum n. 12. & 13. Treutl. vol. 2. disp. 30. ch. 3. lit. f. Mejerus h. t. ch. 24.*

77. Sed quid si tria furta in diversis territorijs facta sint, num ab hac poena furem relevabunt? Negantium opinio verior existimatur; quia constitutio Carolina indistincte loquitur. *d. art. 162. Treutl. d. l.*

78. Non tamen ex sola confessione turis, si scilicet confiteatur se alibi duo vel plura furta fecisse, adeoq; furari consuevisse ad furcam damnari potest, cum confessio isthæc admodum incerta sit & generalis, sed si Judex eo ubi se furtum perpetrasse contestatus est, nuncium miserit, & repererit rem verè ita se habere, ad condemnationem procedere non prohibetur. *arg. l. 1. §. 24. ff. ad Sæturum Silan. Harpr. in tract. Crim. ad §. 5. n. 58. h. t.*

79. Ut vero tria dicantur furta, debent illa esse tempore distincta; quare si quis in granarium aut cellam vinariam alicujus venerit, & multos saccos trimenti vel amphoras vini continuato tempore abstulerit; is non potest tanquam multa furta commisisset, suspendi. *Harpr. in tract. Crim. ad §. n. 57. h. t.*

80. Sed diu multumq; torfit doctissimorum hominum, tam Theologorum quam Jureconsultorum ingenia, nodus ille ferme gordius; An rectè poena furti pecuniaria in corporalem sit immutata? Affirmativa nobis placet per ea quæ adducit Harpr. *in tract. Crim.*

81. Interim tamen Judices non tam avide & sitienter ad illam poenam proruant, nec statim (quod hodie à mul-

à multis imperitijs prohi. dolor hominibus fieri, testatur  
experientia) fur est, Ergo suspendendus, sanguinolente  
inferant, sed accurata rationis bilance omnes circumstan-  
tias perpendant.

82. Sed non est expeditum; Num is qui impulsus  
extrema necessitate diræ famis aut nuditatis, qua ipse aut  
conjonx, aut liberi ejus premuntur, cibaria, obsecunia, aut  
vestes surripuerit; dicta pæna strangulationis excoletur?  
Quod affirmamus: sanguinem siquidem suum quis qua-  
liter, qualiter redimere potest. l. i. in fin. ff. de ben. ecr.  
qui ant. sent. & tempore necessitatis omnia sunt com-  
munia arg. l. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jact. merito itaq; hoc in  
calu mitigationi pænæ locus esse debet. uri & ipsum per  
const. Car. V. artic. 166. probatur. Quod si tamen ad  
pinguiorem fortunam redierit: ablatorum estimationem  
eum præstare debere, com muniter receptum est. Jul. Clar.  
in § furtum n. 25. Mejerus. Colleg. ff. de h. t. n. 23.

83. Extremam autem necessitatem Dd interpre-  
tantur, quando imminet vitæ periculum, cui aliter quam  
per hanc eduliorum subtractionem, subveniri nequit.  
Harpr. in tract. crim. ad. §. 1. Inst. h. t. n. 16.

84. Quid statuendum si fur rupto laqueo in ter-  
ram incolomis ceciderit. Iterum ne suspendendus? Af-  
firmamus sententia enim, das er mit dem Strange vom Le-  
ben zum Tod sol hingerichtet werden/ suum sortiri debet,  
effectum arg. l. 10. C. de pæn. l. 55. ff. de re judic.

85. Imo si Dissidentium opinio admitteretur, ma-  
gna aperiretur fenestra impunirati delictorum: si enim  
compertum habeant suspendendi, se hac ratione pænæ  
effugere posse, quacunq; ratione conabuntur corrumpere  
carnificem, ut utatur fure infirmiore, vel  
fure firmo in specie, qui tamen mox rumpatur. Simul etq;

hoc factum per imprudentiam. Unde multis in locis loco capultri leu funis catenis utuntur.

85. Quidam miraculo hoc ipsum adscribunt, quasi hac ratione Deus testimonium suspenlo præbeat, innocentix, vel quod crimen ipsi velit remitti. Male. Miraculo siquidem adscribi neq; possunt neq; debent, quæ naturalem causam habent. *Boc. class. 4 disp. 1 th. 94 part. 1. Treuzl. volum. 2. disp. 30. th. 3. lit. g. Niell. disp. feud. 11. th. 2. lit. d. Harpr. in tract. crim. ad §. 5. 1. fl. h. t. n. 56. & seqq. Diss. Wesenb. in par. ff. de pæn. n. 9. Andr. Gerhar. decad. 17. quest. ult. Aruna exerc. 17 th. 8.*

86. Sic nec eum furcm ab hac pæna exemptum putamus, quem puella in matrimonium petit, quia non facile pænam remitti reipubl. interest, ne quisquam temere ad maleficia profiliat. *l. si operis 14. C. de pæn. l. Div. 27. l. ad bestias 31. ff. cod.* Sanctissimum enim est officium, si fiat Justitia de criminosis; & nulla pinguior victima Deo mactari potest, quam homo sceleratus, qui in suam & aliorum perniciem debachatur uti ex seneca. *Paul. de castro in l. 3. C. de Episc. aud. refert.*

87. Ultimo hujus delicti loco quæri licet, Utrum furtum adhuc sit delictum privatum, an vero ex Constitutione Caroli V. publicum effectum, quod pæna ejus capitalis constituta sit? Verius arbitramur id adhuc hodie privatum esse. Certa enim pæna eaq; capitalis non facit publicum judicium; sed requiritur, in primis, ut id certis quibusdam legibus publicorum judiciorum sit constitutum *l. 1. ff. de publ. Jud.* Sed furtum certis quibusdam legibus inter publica judicia relatum non est; cur igitur nos interpolemus? Nam quæ non reperiuntur specialiter mutata, cur stare prohibeantur? *l. precipimus 32. in fin. C. de app. Boc. class. 4 disp. 1. th. 88. part. 1.* Wesenb. vero: *in par. num. 15.* furtum quasi publicum judicium appellat. Et tantum de furtis hac vice dictum sufficiat.





à multis imperiis proh. dolor homin  
experientia) fur est, Ergo suspendendi  
inferant, sed accurata rationis bilance o  
tias perpendant.

82. Sed non est expeditum; N  
extrema necessitate diræ famis aut nud  
conjonx, aut liberi ejus premuntur, cib  
vestes surripuerit; dicta pæna strangul  
Quod affirmamus: sanguinem siquide  
liter, qualiter redimere potest. l. i. in  
qui ant. sent. & tempore necessitatis or  
nia arg. l. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jact. m  
calu mitigationi pænæ locus esse debe  
const. Car. V. artic. 166. probatur.  
pinguiorem fortunam redierit: ablaton  
cum præstare debere, com muniter rece  
in § furtum n. 25. Mejerus. Colleg. ff. de

83. Extremam autem necessitat  
cantor, quando imminet vitæ periculum  
per hanc eduliorum subtractionem,  
Harpr. in tract. crim. ad. §. 1. Inst. h. t. n.

84. Quid statuendum si fur ru  
ram incolomis ceciderit. Iterum ne  
firmamus sententia enim, das er mit den  
ben zum Tod sol hingerichtet werden/ su  
effectum arg l 10. C. de pæn l. 55. ff. de

85. Imo si Dissolentium opinio  
gna aperiretur fenestra impunitati deli  
compertum habeant suspendendi, se ha  
effugere posse, quacunq; ratione con  
pere carnificem., ut utatur fone i  
fune firmo in specie, qui tamen mox ru

C 4

